οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν, εἰ μὴ δι' ὕβριν. καὶ περὶ ἀναγκαίων ἢ μικρῶν ἥκιστα ὀλοφυρτικὸς καὶ δεητικός. σπουδάζοντος γὰρ οὕτως ἔχειν περὶ ταῦτα. καὶ οἷος κεκτῆσθαι μᾶλλον τὰ καλὰ καὶ ἄκαρπα τῶν καρπίμων καὶ ὠφελίμων· αὐτάρκοις γὰρ μᾶλλον. καὶ κίνησις δὲ βραδεῖα τοῦ μεγαλοψύχου δοκεῖ εἶναι, καὶ φωνὴ βαρεῖα, καὶ λέξις στάσιμος· οὐ γὰρ σπευστικὸς, ὁ περὶ ὀλίγα σπουδάζων· οὐδὲ σύντονος, ὁ μηδὲν μέγα οἰόμενος. ἡ δ' ὀξυφωνία καὶ ἡ ταχυτὴς, διὰ τούτων. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλόψυχος.

Κεφάλαιον θ.

Ὁ δ' ἐλλείπων, μικρόψυχος· ὁ δ' ὑπερβάλλων, χαῦνος. οὐ κακοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν εἶναι, οὐδ' οὗτοι. οὐ γὰρ κακοποιοί εἰσιν, ἡμαρτημένοι δέ. ὁ μὲν γὰρ μικρόψυχος, ἄξιος ὢν ἀγαθῶν, ἑαυτὸν ἀποστερεῖ ὧν ἄξιός ἐστι· καὶ ἔοικε κακὸν ἔχειν τι, ἐκ τοῦ μὴ ἀξιοῦν ἑαυτὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀγνοεῖν δ' ἑαυτόν· ὠρέγετο γὰρ ἂν ὧν ἄξιος ἦν, ἀγαθῶν γε ὄντων. οὐ μὴν ἠλίθιοί γε οἱ τοιοῦτοι δοκοῦσιν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ὀκνηροί· ἡ τοιαύτη δὲ δόξα δοκεῖ καὶ χείρους ποιεῖν· ἕκαστοι γὰρ ἐφίενται τῶν κατ' ἀξίαν. ἀφίστανται δὲ καὶ τῶν πράξεων τῶν καλῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὡς ἀνάξιοι ὄντες. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν. οἱ δὲ χαῦνοι, ἠλίθιοι, καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοοῦντες, καὶ ταῦτ' ἐπιφανῶς· ὡς γὰρ ἄξιοι ὄντες, τοῖς ἐντίμοις ἐπιχειροῦσιν, εἶτα ἐξελέγχονται· καὶ ἐσθῆτι κοσμοῦνται, καὶ σχήματι, καὶ τοῖς τοιούτοις· καὶ βούλονται τὰ εὐτυχήματα φανερὰ εἶναι αὐτῶν, καὶ λέγουσι περὶ αὐτῶν, ὡς διὰ τούτων τιμηθησόμενοι. ἀντιτίθεται δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἡ μικροψυχία μᾶλλον τῆς χαυνότητος. καὶ γὰρ γίγνεται μᾶλλον, καὶ χεῖρόν ἐστιν. ἡ μὲν οὖν μεγαλοψυχία, περὶ τιμήν ἐστι μεγάλην, ὥσπερ εἴρηται.

Κεφάλαιον ι.

Ἔοικε δὲ καὶ περὶ ταύτην εἶναι ἀρετή τις, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις ἐλέχθη, ἣ δόξειεν ἂν παραπλησίως ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, ὥσπερ καὶ ἡ ἐλευθεριότης πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν. ἄμφω γὰρ αὗται, τοῦ μὲν μεγάλου ἀφεστᾶσι· περὶ δὲ τὰ μέτρια καὶ τὰ μικρὰ διατιθέασιν ἡμᾶς ὡς δεῖ. ὥσπερ δὲ ἐν λήψει καὶ δόσει χρημάτων, μεσότης ἐστὶ, καὶ ὑπερβολὴ

A vt neque maledicus ne in inimicos quidem, niſi ob contumeliam ſit. De neceſſariis item, aut paruis minimè eſt querulus, aut precabundus: ita.n.ſe gerere eius hominis eſt, qui circa hæc ſtudeat. eiuſmodi præterea eſt, vt honeſta potius & infructuoſa, quàm fructuoſa & vtilia acquirat, & poſſideat: eſt enim eius qui ex ſe ſufficiat. Quin etiam & motus ipſe magnanimi eſſe tardus videtur, & vox grauis, B & loquutio ſtabilis, nam neque qui circa pauca ſtudet, eſt feſtinabundus: neque qui nihil magnum exiſtimat, contentus & vehemens, acuta autem vox, & celeritas ex his efficitur.

CAPVT IX.

AC talis quidem magnanimus eſt, Qui autem deficit, puſillanimus: qui excedit, inflatus eſt: ſed neque hi tamen mali. nō enim malefici ſunt: ſed eſſe peccan- C tes videntur. puſillanimus enim cùm bonis dignus ſit: ſeipſum iis ipſis priuat, quibus eſt dignus: videtúrque prauum quoddam in eo habere, quòd & bonis dignum ſe non eſſe exiſtimat, & ſe ipſum etiam ignorat. alioqui cùm bona ſint, quibus eſt dignus, ea proculdubio appeteret. Non tamen huiuſmodi homines ſtolidi, ſed eſſe intelligentes potiùs videntur: taliſque opinio peiores etiam D ipſos reddit. ſinguli enim ea quæ dignitati ſuæ conueniunt, appetere conſueuerunt. adde quòd & ab honeſtis actionibus & ſtudiis quaſi ſint indigni, & ab externis quoque bonis ſimili modo abſtinent. At inflati ſtolidi ſunt, ſeque ipſos ignorant, atque id palam: quaſi enim ſint digni, honorabiles res aggrediuntur, deinde redarguuntur: veſtitúque etiam, & habitu, atque huiuſcemodi rebus ornantur: E proſperáſque fortunas ſuas eſſe manifeſtas volunt: de ipſiſque prædicant, quaſi ob eas honores ſint conſequuturi. Magnanimitati autem puſillanimitas magis eſt oppoſita, quàm inflatio: quippe quæ & magis contingat, & peior ſit.

CAPVT X.

MAgnanimitas igitur circa honorem magnum, ſicut dictum eſt, verſatur. Circa honorem autem eſſe quædam alia F virtus etiam videtur, vt ſuperius diximus, quæ magnanimitati ita reſpondet, vt magnificentiæ liberalitas: illæ enim vtræque ſicut à magnis abſtinent, ſic in mediocribus & paruis nos vt oportet, afficiunt, ac diſponunt. Quemadmodum autem in datione & acceptione pecuniarum & mediocritas eſt & exceſſus & defe-